



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHUSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis  
vitae Christianæ**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, 1577**

**VD16 D 1959**

De triplici genere viatoru[m] 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

*Psal. 118.*

viam splendidam electorum elegit, potestque dicere cum Psalmista: Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt custodiam verba tua. Quod vt implere mereamur oremus quotidie, imo sapissime deuotissima mente: Gressus meos dirige, secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniustitia.

*Ibidem.**De triplici genere viatorum.**Articul. III:**Gal. 2.*

Christo confixus sum cruci. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei: qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me. Hæc de seipso scribit Apostolus. Porro hæc est Christianæ religionis sapientia salutaris, q̄ propter primorum parentum transgressionem vniuersum genus humanum amoenitate & mansione paradisi terrestris priuatum est, atque in mundum hunc tanq̄ in vallē miseræ, in locum exilij, in regionē longinquā proiectum, quatenus isto in

DE  
in lo  
suam  
flendo  
tudini  
torum  
stra(p  
inobe  
bum v  
sed ad  
diend  
appet  
co on  
voca  
bemu  
inqui  
in cor  
Per fi  
speci  
quē  
go su  
patre  
ptine  
alijs  
via fi  
nequ  
quor  
tat, s  
xtera  
plic

in loco pœnitentiam peragendo, suamque calamitatem incessanter deflendo, mereatur post vitã hanc beatitudinis locum, seu patriã ingredi beatorum. Hinc ait Greg. A regione nostra (paradiso. s. terrestri) superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vetitum degustando discessim<sup>9</sup>: sed ad eam necesse est vt flendo, obediendo, visibilia contēnendo, carnisq; appetitum frenãdo, redeamus. Idcirco omnes nos in seculo isto viatores vocamur, quia, vt ait Apost. Non habemus hic manētē ciuitatē, sed futurã inquirimus. Et alio loco: Dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Per fidem enim ambulamus, non per speciē. Simili ratione cãtat Psal. colloquēs Deo: Ne sileas, quoniã aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut oēs patres mei. Porro ad viatorũ prouidũ ptinet, vt itineri suo necessaria habēs, alijs se non grauet oneribus, neque in via sine rationabili causa subsistat, neque de his quæ aguntur ab alijs, per quorũ terminos transit, se intromittat, sed regia via ïcedēs, & neq; ad dexteram, nec ad sinistrã declinās, simplici que vestitu ac victu contentus, ad patriam

Gregor.

Hebr. 13.  
2. Cor. 5.

Psal. 38.]

*2. Cor. 5.*

patriam indefinenter suspiret, festinet & propinquet. Sic Christianus omnis facere debet, ut se perpendat peregrinum esse in via presentis, & totam conversationem suam disponat atque coaptet, ad obtinendum felicitatem futuram, cœlestemque patriam, omnia sua ad dei gloriam ordinando, diuina precepta implendo, per vitam virtuosam ad patriam aspirando. Ad hoc siquidem hortatur nos Apostolus Paulus, quum ait. Reliquum est, ut qui videntur hoc mundo, sint tanquam non utentes: Et qui habent uxores, sint tanquam non habentes. Præterit enim figura huius mundi. Et rursus: Habentes (inquit) victum & amictum, & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationes & laqueum diaboli Felix qui sic suam cognoscit habitationem, dicens illud: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Qui hoc modo tendit ad patriam, proprie peregrinus vocatur. Sed quoniam nonnunquam contingit ut peregrinus, visis his quæ sunt in via, delectetur in illis, atque subsistat talia intendo, & noua inquirendo seu recitando,

*1. Cor. 7.**1. Tim. 6.**Psal. 119.**Peregrinus  
per opes.*

DE

do, pe  
minu  
sic dele  
ra, vt e  
suam p  
perfe  
lectoru  
modo  
lestre: s  
pediti  
non /o  
uerati  
nat T  
dari q  
aducri  
opiam  
in qui  
ter 2. c  
na om  
stione  
Semp  
re nos  
su ma  
tali. T  
scribit  
vestra  
Deo.  
quens  
nis no

do, per quod in itinere retardatur, & minus patriæ recordatur: Imo interdū sic delectatur in talibus, aliena in terra, vt ex toto remaneat, neq; ad patriam suam perueniat: Idcirco est alioquin perfectior modus eundi ad patriam electorum, vt scilicet homo non solum modo nunc distendat ad regnū celeste: sed iūsup vniuersa sui itineris impeditiua nequaquā attendat, nō curet, non sentiat: imo tanquam non pertinentia ad se pertranseat atq; contemnat. Talis est qui non magis cupit laudari quā vituperari: prosperari: quā aduersitatibus exerceri: ditari: quā inopiam pati: qui demum nihil eorum, in quibus delectatur hic mundus, libenter contēdit, sed vt mortuus talibus, vana omnia paruipendit. Ad hanc perfectionem monet nos Paulus, dicendo: Semper mortificationē Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Tales præterea erant quibus idem scribit Apostolus: Mortui estis & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Talis fuit & Hieremias, qui loquens ad Deum, Diem, inquit, hominis non concupiui. tu scis. Talis quoq; est

2. Cor. 10.  
Mortuus  
mundo quis.

est omnis qui non gloriatur, nisi in domino, qui se iam alienum fecit à seculo isto. Et talis propriæ dicitur mortuus mundo. Veruntamen adhuc mundus inuenitur sublimior. Qui nimirum priuatiuam sui amorem plene extinxit, atque in diuino amore perfectus est, ac per hoc seipsum in Deo perfecte ac spiritualiter diligit, non iam distat a cū peregrino viæ suæ ad Deū vitæ obstacula, nec solum cū mortuo non attendit seculi blandimenta ac prospera, sed & omnia quibus mundus adheret, quæ mundus amat & reputat, ut sunt diuitiæ atque delitiæ mundi, carnis voluptas, mundi honores, vanæ hominum laudes, propriæ voluntatis libertas? Hæc omnia toto corde abhorret, tanquam excrementa atque hostilia cordis tormenta detestatur & refugit: eo quod talia cursum suum ad Deum, iterque suum ad patriam impedire potius valeant, quam iuuare. Denique ea quæ mundus reputat crucem, videlicet dura siue aduersa, ista toto affectu amplectitur, illis adheret atque confugitur (sicut sunt abstinentiæ, disciplina, vigiliæ) amat nesciri, cupit contemni, & omnia dura pro DEI amore gaudenter perferre: sciens

DE  
sciens  
Deum  
ad eum  
profici  
que  
passio  
dem  
det in  
sicut  
ris fa  
perfe  
cum  
cruce  
per o  
& eg  
citur  
nus,  
dus,  
du C  
lim  
prin  
qu  
lati  
tes  
ni h  
mel  
dile  
ner  
gra

sciens talia sibi prodesse, quantum ad Deum, ad satisfaciendum pro culpa, ad euadendum futura supplicia, ad proficiendum in gratia. Per talia quoque præcipuè CHRISTO pro se passo assimilatur, & maximam mercedem sibi in patria mercatur. Hinc gaudet in istis, sicut in omnibus diuitijs: sicut & reprobī gloriantur in prosperis sæculi huius. Qui ad hanc felicem perfectionem peruenit, dicere potest cum Paulo: Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri IESU Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Vnde & iste propriè dicitur crucifixus, & non solum peregrinus, vt primus: aut mortuus, vt secundus. In hoc tertio peregrinationis gradu Christianæ religionis consistit sublimitas. Tales plane fuerūt beatissimi principes nostri sancti Apostoli, qui quum à principibus sacerdotū flagellati fuissent & reprobati, ibant gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Nunc ergo considera mi dilecte, in horum trium sis positus genere. Qui tamen ad primum genus seu gradum nondum peruenit, non se ar-

*Psalm. 118.*

*Galat. 5.*

*Crucifixus  
hinc mundo.*

*Actu. 5.*

arbitretur esse in statu salutis. Porro industria tua erit, primo gradu non esse contentum, sed per secundum usque ad tertium velle conscendere: quatenus in carne mortali, coeliformem atque angelicam vitam ducens, quotidie in omni charitate, sapientia & gratia Christi mirabiliter crescens, inter amantissimos Dei gloriosi & sancti filios computeris, neque post vitam presentem a gloria Dei diutius retarderis.

*Bernar.* Postremo de ista materia pulchra tractat in quodam sermone B Bernardus, ex quo ista pro parte accepta sunt.

Noli stulto similis esse viatori, ut temeritudo huius pulchritudo, prosperitas, fauor, lætitiæque alliciant, delectent, a Deo auertant, a via ad patriam impediant aut retardent. Noli hoc mundo uti pro patria: quia (ut venerabilis Beda scribit) hoc inter electos ac reprobos distat quod electi nunc peregrini, & exules patriam expectant in futuro, tantoque minus in presenti gaudijs delectantur caducis, quanto futura sine fine gaudia se sperant accipere, & in æternum regnare cum Christo, At vero reprobi hoc habent patriam, cuius cuius vitæ desiderijs solummodo inhabitant: Ideoque post



post hanc vitam in exilium relegantur perpetuum, vbi cunctis carentes voluptatibus, sola in tormentis patientur aduersa.

*De arcta via salutis, & lata via perditionis.*

*Articulus. IIII.*

**I**ntrate per angustam portā: quia lata porta & spatiosa via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eā. Sed angusta porta & arcta via, quæ ducit ad vitam & pauci sunt qui inveniunt eam. Christus loquutus est verba hæc. Et quid vtrique verbis his horribilius dici potuit, aut quid tam terribiliter sonat? Certe ad perterrendum corda nostra sufficere potuit, si aliud nihil Christus dixisset, nisi quod arcta est via salutis, spatiosa vero damnationis, quo pateret quam facile sit damnari, difficile autem saluari. Iam vero dicendo quod pauci inveniunt viam arctam salutis: multi autem ambulant viam latam damnationis, euidenter insinuat, quod pauci saluentur, plurimique damnentur. Quod & alibi

*Matth. 7.*

m 3

clarius.